Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



curabantur. Et omnis turba quærebat eũ
tangere. quia uirtus de illo exibat. et sana
bat omnes. Et ipe eleuatis oculis in discipu
los suos dicebat. Beati pauperes! quoniam
uestrum est regnum dei. Beati qui nunc
esuritis! quia saturabimini. Beati q̃
nunc fletis! quia ridebitis. Beati eritis
cum uos oderint homines et cum separa
uerint uos et exprobrauerint. et eiecerint
nomen uestrum tamquam malum propp
ter filium hominis. Gaudete in illa die
et exultate! ecce enim merces uestra mul
ta est in celo. Secundum Matheum
In illo tempore. Dixit dominus ihesus
discipulis suis. Cum persequentur uos
in ciuitate ista! fugite in aliam. Amen
dico uobis! non consummabitis ciuitates
israhel. donec ueniat filius hominis. Nõ
est discipulus super magistrum. nec seruus
super dominum suum. Sufficit discipulo
ut sit sicut magister eius. et seruus sicut